

Universitätsbibliothek Wuppertal

L. Annaei Senecae Tragoediae

Seneca, Lucius Annaeus <Philosophus>

Amstelodami, 1662

Poemata quaedam Senecæ philosophi ex Apocolocyntosi

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-770)



POEMATIA

QUÆDAM

SENECÆ PHILOSOPHI

EX APOCOLOCYNTHOSI.

I

Nam Pæbus breviorē viā contraxerat ortum
Lucis, & obscuri crescebant cornua somni,
Jamque suum victrix augebat Cynthia regnum:
Et deformis hyems gratos carpebat honores
Divitis Autumni, jussuque senescere Baccho
Carpebat raras serus vindemitor uvas.

II.

Jam medium cursu Phœbus diviserat orbem,
Et propior nocti fessas quaterebat habenas,
Obliquo flexam deducens tramite lucem.

III.

Hæc ait: & turpi convolvens stamina fuso
Abrupit stolidæ regalia tempora vitæ.
At Lachesis redimita comas, ornata capillos,
Pieria crimem lauro frontemque coronans,
Candida de niveo subtemina vellere sumit,
Felici moderanda manu: quæ ducta colorem
Assumpserunt novum. mirantur pensa sorores.
Mutatur vilis pretioso lana metallo.
Aurea formoso descendunt sæcula filo.
Nec modus est illis: felicia vellera ducunt,
Et gaudent implere manus. sunt dulciora pensa.
Sponte sua festinat opus: nulloque labore

Mollia

POE-

Mollia contorto descendunt flamina fuso.
 Vincunt Tithoni, vincant & Nestoris annos.
 Phoebus adest, cantuque iuvat, gaudet que futuris:
 Et letus nunc pleetra mover, nunc pensa ministrat,
 Derinet intentas cantu, falli que laborem.
 Dumque nimis citharam fraterna que carmina laudant,
 Plus solito nevere mantis, humana que fata
 Laudatum transcendit opus. Ne demite Parca,
 Phoebus ait, vincat mortalis tempora vitæ:
 Ille mihi similis vultu, similisque decore,
 Nec cantu, nec voce minor, felicia lassis
 Secula prestabit, legumque silentia rumpet.
 Qualis discutiens fugientia Lucifer astra;
 Aut qualis surgit redeuntibus Hesperus astris:
 Qualis cum primum tenebris Aurora solutis
 Induxit rubicunda diem, sol aspicit orbem
 Lucidus, & primos è carcere concitat axes:
 Talis Caesar adest, talem jam Roma Neronem
 Aspiciet. flagrat nitidus fulgore remisso
 Vultus, & effuso cervix formosa capillo.

IV.

Exprome propere, sede quâ genitus cluas,
 Hoc ne peremtus stipite ad terram accidas.
 Hac clava reges saepe mactavit feros.
 Quid nunc profatu vocis incerto sonas?
 Que patria, qua gens mobile eduxit caput,
 Ediffere. equidem regna tergemini petens
 Longinqua regis, unde ab Hesperio mari
 Inachiam ad urbem nobile advexi pecus,
 Vidi duobus eminentes fluvius jugum,
 Quod Phoebus ortu semper obverso videt:
 Vbi Rhodanus ingens amne prærapido fluit,
 Arar que dabitans quo suos cursus agat,
 Tacitus quietis alluit ripas vadis.
 Est ne illa tellus spiritus altrix tui?

Fundite fletus.	Colla catenis
Edite planctus,	Iussit, & ipsum
Fingite luctus,	Nova Romana
Resonet tristi	Jura securis
Clamore forum :	Tremere Oceanum.
Cecidit pulchre	Deslere virum,
Cordatus homo,	Quo non alius
Quo non alius	Potuit citius
Fuit in toto	Discere causas,
Fortior orbe.	Vnâ tantum
Ille citato	Parte auditâ,
Vincere cursu	Sape & neutrâ.
Poterat celeres,	Quis nunc iudex
Ille rebelles	Totolites
Fundere Parthos :	Audiet anno ?
Levibusque sequi	Tibi jam ceder
Persida telis,	Sede relicta
Certaque manu	Qui dat populo
Tendere nervum:	Iura silenti,
Qui præcipites	Cretæa tenens
Vulnere parvo	Oppida centum.
Figeret hostes,	Cadite mœstis
Pictaque Medi	Pectora palmis,
Terga fugacis.	O caufidici,
Ille Britamos	Venale genus :
Vltra noti	Vosque Poëta
Littora ponti,	Lugete novi.
Et caruleos	Vosque in primis,
Scuta Srigantes	Qui concusso
Dare Romuleis	Magna parastis

Colla Lucra fritillo.

V.

Nam quoties missurus erat resonante fritillo
Vtraque subducto fugiebat tessera fundo :

CCC

Cumque

*Cumque recollectos audebat mittere talos,
Lufuro similis semper, semperque petenti,
Decepere fidem: refugit, digitosque per ipsos
Fallax aſiduo dilabitur alea furto.*

*Sic cum jam ſummi tanguntur culmina montis,
Irrita Sifyphio voluntur pondera collo.*

Verſus L. Annæi Senecæ, qui extant Epistolâ CVII.
Ex Græcis Cleanthis ab ipſo, Ciceronis exemplo,
converſi.

*Duc me, parens, celsique dominator poli,
Quocunque placuit, nulla parendi mora eſt;
Adſum impiger, ſac nolle, comitabor gemens:
Maluſque patiar, quod pati licuit bono.
Ducunt volentem ſata, nolentem trahunt.*

Fugit eos ratio, qui cenſent hos verſus ex primâ
Tragediâ (ſic vocant Herculem Furentem) deſump-
ptos eſſe: cum neque ibi, nec uſpiam alibi in his de-
cem fabulis reperiantur. Sed eſt manifeſta erudito-
rum hominum hallucinatio.

Philoſophus itidem Epift. cxv. Senarios duodecim
profert à ſe (ſic enim lubet opinari) Latio donatos, ex
Græca Euripidis Bellerophonte :

*Sine me vocari peſſimum, ut dives vocer.
An dives, omnes quærimus; nemo, an bonus.
Non quare, & unde: quid habeas, tantum rogant:
Vbique tanti quiſque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe ſit, quæris? nihil.
Aut dives, opto, vivere; aut pauper mori.
Bene moritur, qui cum moritur lucrum facit.
Pecunia ingens generis humani bonum;
Cui non voluptas matris, aut blanda poteſt
Par eſſe proliſ, non ſacer meritis parens.
Tam dulce ſi quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores calitum atque hominum movet.*

Video præterea Epigrammata quædam, inter alia de
exſilio,